

JACOBI DE VITERBIO O.E.S.A.

"QUAESTIONES DE DIVINIS PRAEDICAMENTIS":

QUAESTIO XXV

Après avoir examiné si l'on peut dire "convenienter et proprie" que Dieu est bon, Jacques de Viterbe avance la question suivante: "Utrum totum sive totalitas conveniat Deo proprie"¹. Il l'a rédigée de façon habituelle et donne d'abord les arguments, 13 au total, numérotés en R. Cinq arguments montrent qu'on doit y répondre négativement, les huit autres démontrent qu'il faut donner une réponse affirmative.

Ensuite il commence son exposé qui est divisé en trois points: premièrement, quel est le vrai sens du terme *totus*; secondement, quels et combien sont les modes de *totus*; troisièmement, peut-on et convient-il de dire *totus* en parlant de Dieu.

En terminant son exposé, il résume la réponse qu'il a donnée à la question.

Quant aux renvois et citations, le maître renvoie aux mêmes autorités que dans les questions précédentes. Cependant il y a quelques références inattendues. L'une se rapporte aux questions "De Providentia" de Proclus, auxquelles Jacques a référé également dans sa première dispute "De Quolibet". L'autre renvoie à l'oeuvre de Gilles de Rome. Une troisième autorité que nous n'avons pas encore rencontrée dans cette série de questions est Algazel. Cependant, le maître renvoie à lui à plusieurs reprises dans les disputes quodlibétiques².

¹ Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38 (1988), 67-98; Quaestio XIX. *Ib.* 39 (1989), 154-185; Quaestio XX. *Ib.* 42 (1992), 351-378; Quaestio XXI. *Ib.* 44 (1994), 177-208; Quaestio XXII. *Ib.* 45 (1995), 299-318; Quaestio XXIII. *Ib.* 46 (1996), 147-176; Quaestio XXIV. *Ib.* 46 (1996), 339-369.

² Nous renvoyons aux éditions suivantes: AEGIDIUS ROMANUS, *Commentarium in primum librum Magistri Sententiarum*. ed. Ant. DE AGUILAR, 3^a ed. Corduba 1699; ALGAZEL (Ghazzali), *Logica et Philosophia*. ed. 1506, re-ed. 1969; ARISTOTELES et AVERROES, *Aristotelis omnis opera*. ed. Venetiis 1562 sqq; re-ed. Frankfurt 1963; AUGUSTINUS, *De Trinitate*. PL 42; CCL 50; BOETIUS, *De Trinitate*. PL 64; *Liber de Divisione*. PL 64; DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*. PG 3; GILBERTUS PORRETONUS, *De duabus Naturis in Christo*. PL 64; ed. HAERING; JACOBUS DE VITERBO, *Quaestiones de Divinis Praedicamentis*. ed. YPMA. qq. I-X Romae 1983; qq. XI-XVII Romae 1986; qq. XVIII-XXIV in *Augustiniana* 38 (1988) sqq.; JOANNES DAMASCENUS, *De Fide Orthodoxa*. PG 94; ed. E. BUYTAERT, New York-Louvain-Paderborn 1955; *Dialectica*. PG 94; St. John Damascene.

Cette question se trouve dans les manuscrits de Bordeaux (B), Bibliothèque de la Ville *ms* 167 ff. 78^{vo}-81^b, de Padoue (P), Bibliothèque de l'Université *ms* 2006 ff. 28^{vo}^a-40^a, de Rome (R), Bibliotheca Angelica *ms* 213 ff. 149^{vo}^a-104^b, et de Toulouse (T), Bibliothèque de la Ville, *ms* 56 ff. 178^{vo}^b-182^a. Elle manque dans le *ms* VII C 4 de la Biblioteca Nazionale de Naples (N).

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XXV

Quaestio est: Utrum totum sive totalitas conveniat Deo proprie.

1. Et videtur quod non. Ubi enim non est pars proprie, nec totum, cum totum dicatur respectu partium. Sed in Deo non est pars, cum sit simplex. Ergo, et cetera.
- 5 2. Praeterea, in Deo non est aliquis modus totius; non enim est in eo totum universale, quia huiusmodi totum secundum esse plurificatur in suis partibus. In Deo autem non plurificatur esse, cum sit idem quod essentia; nec est in eo totum integrale, quia huiusmodi totum est plus quam suae partes, quod in divinis dici non potest, et universaliter nullum totum, quia
- 10 nulla compositio. Ergo, et cetera.
3. Praeterea, totum et infinitum non possunt eidem convenire; cuius ratio est secundum Philosophum III Physicorum, quod perfectum et totum aut idem penitus, aut proximum secundum naturam; perfectum autem nullum, non habens finem. Finis autem terminus est. Sed Deus est infinitus.
- 15 Ergo non dicitur de ipso totum.
4. Praeterea, quod non est hoc et hoc, non est totalitas; cuius ratio est,

Dialectica. Versions by Robert Grosseteste. ed. O. COLLIGAN O.F.M., New York 1955; PROCLUS, Procli Diachoni. Tria Opuscula (De Providentia, libertate, malo). ed. H. BOESE, Berlin 1960; Elementa Theologica. ed. H. BOESE, Leuven 1987; SIMPLICIUS, Commentaire sur les catégories d'Aristote. 11 vol. Louvain-Paris 1971; Leiden 1975.

1 (Deo) proprie *om.* BT 2 videtur/arguebatur T 3 dicatur/dicat T respectu/respectus T sed *mss* set (ita frequenter) Ubi enim ... partium, sed/quia R 4 ergo/igitur T (ita frequenter) et cetera/nec totum quia pars dicitur respectu totius R 5 praeterea/secundo R aliquis modus ... est in eo *om.* R 6 huiusmodi/huius R esse/se B 8 huiusmodi/huius R 10 ergo, et cetera/est R 11 praeterea/tertio R 12 cuius ratio ... philosophum/quia R quod *om.* R 15 de ipso *ante* non dicitur B 16 praeterea/quarto R cuius ratio est *om.* R

12. III Physicorum Vol. IV 115^{vo}K; Bekker 207^a; Aristoteles Latinus (AL) VII 1(2), p. 128.

quia totum est cui nihil abest. Sed in Deo non est hoc et hoc, ut dicit Boetius in libro De Trinitate. Ergo de ipso non dicitur totum.

5. Praeterea, quando aliquid secundum communissimam suam acceptionem, non dicitur proprie de Deo. Communissima enim acceptio totius est secundum quod ponitur in communi cum acceptione, cum dicitur quod omne totum est maius sua parte, quia communis animi conceptio ex communissimis sumenda est.

Sed secundum hanc acceptionem non dicitur de Deo proprie, cum in Deo non sit pars, nec maius nec minus. Ergo simpliciter dicendum est quod non dicitur de Deo proprie.

In contrarium arguebatur multipliciter, quia Respondens dicebat quod non dicitur de Deo proprie. Unde arguebatur contra ipsum sic.

1. Invenitur enim dictum a Sanctis totum de Deo, ut quod totus est ubique et quod totus Filius est in Patre et totus Pater in Filio, nec videtur quod metaphorice intendant hoc dicere de Deo. Ergo, et cetera.

2. Praeterea, si totum non diceretur de Deo proprie, hoc esset quia de ratione totius est habere partes. Sed hoc non est verum, scilicet quod de ratione totius sit habere partes. Quod sic ostenditur, quia illud est de ratione totius per quod distinguitur a parte, quae est eius oppositum. Sed totum non distinguitur a parte per illud idem per quod etiam distinguitur ab imperfecto, scilicet per rationem perfectionis, quia pars dicit quid imperfectum.

3. Praeterea, probatur quod totum integrale dicatur de Deo proprie. Totum enim integrale dicitur de omnibus simul et non singillatim. In divinis autem invenitur aliquid tale quod dicitur de omnibus Personis simul, et

17 Sed *add.* Deus vel T non/nihil P ut/cum P 18 ut dicit Boetius in libro/secundum Boetius R 19 Praeterea/quinto R suam accceptionem/non accipitur R 20 proprie *post* de Deo R enim/autem B 21 est/non B; et *cancell.* B1 secundum quod/ in R (dicitur) quod *om.* B 22 est maius *add.* in P conceptio/acceptio B 25 maius/ magis B (maius) nec/et T simpliciter/similiter T (dicendum) est *om.* T 28 arguebatur multipliciter ... ipsum sic/quia R 30 enim *om.* R dictum *post* totum R (totum) de Deo *lect. inc.* BT 31 nec videtur/ut dicitur B 32 intendunt/intendunt BT ergo *om.* B ergo, et cetera *om.* R 40 Praeterea/secundo R si totum ... Deo proprie/non R (hoc) esset/est TR 34 (scilicet) quod *om.* T 35 scilicet quod ... ostenditur quia *om.* R illud *add.* enim R 37 (parte) per/quia BT 38 perfectionis *add.* scilicet R 40 Praeterea/tertio R probatur quod *om.* R integrale/intelligibile B (deinceps frequenter) dicatur/probatur B; dicitur R 41 integrale *om.* B dicitur *add.* proprie B simul *add.* sumptis B singillatim/sigillatim TP (ac ita deinceps) 42 invenitur *add.* autem T tale *om.* R quod/quia TR simul *om.* B

non singillatim, ut Trinitas. Ergo, et cetera.

4. Praeterea, ubi vere et proprie est numerus, ibi vere et proprie est
45 totum et pars. Sed in Deo est vere numerus. Ergo, et cetera.

Maior patet, quia numerus est collectio vel acervus unitatum.

Item, numerus est divisibilis et mensuratur per partem; quare est
totum. Minor probatur, quia numerus est in creaturis vere. Ergo est in Deo
verius.

50 Item, vere in Deo sunt tres Personae. Quando autem aliqua conditio
non diminuens additur alicui, potest vere inferri simpliciter, ut homo albus,
ergo homo. Quare similiter hic tres Personae, ergo tres. Et sic simpliciter
numerus dicitur de Deo.

5. Praeterea, de ratione totius est, nihil de-esse. Non autem est de
55 ratione totius, non habere partes, quia homo truncatus habet partes aliquas,
nec tamen est totum. Ergo, et cetera.

6. Praeterea, quod totum integrale conveniat Deo proprie videtur, quia
huiusmodi totum est plus quam suae partes. Sed in Deo tres Personae sunt
plus aliquid quam una. Ergo, et cetera.

60 7. Praeterea, ubi sunt plures res, ibi est totum integrale. Sed in Deo
sunt plures res. Probatio. Quia ibi est essentia et paternitas, quae est alia
res ab essentia ut videtur, quia Pater in quantum Pater est quid reale. Ergo
illud a quo est Pater, est quid reale. Hoc autem est paternitas, quae est
aliud ab essentia; quod patet, quia paternitas constituit Patrem, non autem
65 ut est idem cum essentia, quia sic etiam constitueret Filium, ergo ut est
alia ab essentia. Ergo, et cetera.

8. Praeterea, Deus est beatitudo sanctorum. Beatitudo autem status
omnium bonorum aggregatione perfectus. Ergo in Deo est totum.

70 Respondeo dicendum quod ad evidentiam huius quaestionis, sic est
procedendum.

43 singillatim *om.* B et cetera *om.* P 44 Praeterea/quarto R vere et *om.* B
(proprie) est/et B (ibi vere) et proprie *om.* TB 46 ergo et cetera ... Maior patet *om.*
R vel/de B 58 est totum *add.* sed in Deo est vere munus R Minor *om.* R quia
om. R in Deo *add.* numerus BT 51 additur *om.* R 53 dicitur *om.* B de/in P
54 Praeterea/quinto R 55 totius/eius T homo *om.* R habet/est habere B 56 ergo,
et cetera *om.* R 57 Praeterea/sexta R quod *om.* R 58 quia huiusmodi/quod homo
B convenit Deo ... huiusmodi totum *om.* R 59 (plus) aliquid *om.* R (ergo) et
cetera *om.* R 60 praeterea/septimo R 61 probatio *om.* R 62 in quantum Pater *om.*
T 64 ut videtur quia ... ab essentia *om.* B 65 quia *mss.* qui (Filium) ergo *om.* R
66 (essentia) ergo ... et cetera *om.* B 67 Praeterea/octavo R autem *add.* est B 68
bonorum/beatiorum T aggregatione/aggregatio *ante* omnium R bonorum aggregatione
perfectus *lect. inc.* P 71 Respondeo dicendum ... est procedendum/hic R

- I Primo videndum est quae est ratio totius.
 II Secundo, qui et quot sunt modi totius.
 III Tercio, an totum dicatur de Deo, et quomodo.

75 I Quantum ad primum sciendum quod ad rationem totius requiruntur quatuor.

Primo enim requiritur multitudo sive pluralitas. Non enim dicitur totum nisi in eo sint plura, vel illud sit aliquo modo plura.

80 Quod autem ad rationem totius requiritur pluralitas, videtur ex eo quod non dicitur totum, nisi sit divisibile vel actu vel intellectu. Ubi autem est divisio, ibi est pluralitas. Hoc etiam patebit ex aliis conditionibus consequentibus.

Secundo requiritur integritas et completio, quia, ut dicitur III Physicorum, definientes dicimus ipsum esse cui nihil abest; et ex hac conditione patet magis prima. Non enim de uno tantum potest dici quod nihil abest. Sed oportet quod sit hoc et hoc ut in arguendo dicebatur.

Tercio requiritur continentia, quia debet esse totum continens. Ex hac etiam patet magis prima conditio. Ubi enim non est pluralitas, non est 90 continentia. Illud enim dicitur aliqua continere quod excedit illa. Requiritur ergo ad rationem totius continentia, quia debet illa plura continere, idest excedere, et intelligendum quod debet illa continere, idest accipiendo unumquodque illorum seorsum, quia singulum eorum exceditur a toto. Omnia autem simul sumpta non continentur a toto, sed sunt ipsum totum.

95 Ex hac etiam conditione patet quod illa plura, quae requiruntur ad rationem totius, habent rationem partis. Illud enim quod continetur et exceditur ab aliquo, dicitur pars in quantum huiusmodi, ut numerus minor qui continetur in maiori.

Quarto ad rationem totius requiritur unio, ut scilicet plura illa sint 100 aliquo modo unita. Et ex hoc etiam patet prima conditio, quia non dicuntur

72 Primo *add.* enim BT 74 totum *om.* R 79 sint/sit B; *add.* plura P 80 requiritur/requiratur R; *om.* B; *add.* aliquo modo R 81 dicitur/videtur B 82 (ibi) est *om.* RP etiam/autem B 83 Hoc etiam ... consequentibus *om.* R 84 ut/non T 85 dicimus/differentiis B cui/enim TB 86 prima/primo T potest dici *post* abest B 88 requiritur/dicitur B esse/omne B continens *add.* et B 89 conditio *om.* R 91 idest/vel R; idest excedere *om.* P 92 (excedere) et/tamen *post* intelligendum R illa *add.* plura BT idest *om.* BRT 93 illorum/eorum B seorsum/diversum P quia/quod BT exceditur a toto/excedere BT 94 autem *om.* B 96 Illud *om.* R (continetur) et *om.* BT 99 quarto *add.* enim T ad rationem totius *om.* R 100 hoc/hac R

84. Vol. IV 115 E; Bekker 207^a; AL VII 1(2), p.128.

87. voir l. 16 sqq.

numeri, nisi quae sunt plura.

Unde totalitas unio quaedam est, et quanto illa plura fuerint magis unita, magis debet dici totum, quia, si totalitas est unio quaedam, quanto magis unum, magis unum; continuum enim est unum copulatione, discretum autem solum partium ordine, quia quod est in continuis, per hoc est in discretis ordo, et magis est unum quod est continuum natura quam arte.

Has autem quatuor condiciones, quae requiruntur ad rationem totius, ponit Philosophus in V Metaphysicae, ubi sic dicitur: "Totum dicitur et cuius nulla pars abest, ex quibus dicitur totum", in quo tangit pluralitatem et integritatem et continens contenta, ut unum aliquid sunt illa, in quo tangit alias duas condiciones, scilicet continentia et unionem.

Et ita de hac quarta conditione ait quod continentia quae sunt natura, magis dicuntur totum quam arte, sicut et magis dicuntur unum tamquam existente totaliter unione aliqua.

Ex his habetur via ad videndum quomodo se habet totum ad perfectum, cum quo habere videtur convenientiam, eo quod, sicut dicit Philosophus in III Physicorum, totum et perfectum aut idem penitus aut proximum secundum naturam; et veritas est quod sunt proxima, non tamen penitus idem. Ideo sine distinctione loquitur Philosophus.

Quod enim sunt proxima ex hoc patet, quia ea quae pertinent ad rationem totius pertinent ad rationem perfecti aliquo modo, videlicet saltem tria, ut pluralitas et integritas et unio vel unitas. Nam perfectum includit bonum, cuius ratio in unitate consistit, ut dictum est supra, et similiter totum ratione unitatis. Perfectum etiam dicitur cuius non est accipere aliquid extra, et cui nihil deficit, ut dicitur in V. Et ex hoc patet quod pluralitas pertinet ad perfectionem, quia est cui nihil deficit, et, licet sic sint pro-

104 enim *om.* B copulatione/copulative T discretum/distinctum B 105 autem/aut B per/propter B 107 quae requiruntur ... rationem totius *om.* R 108 in *om.* R sic *om.* R 109 cuius/cui R 110 contenta/contentum B ut/et B 111 alias duas ... scilicet *om.* R 112 Et ita *add.* tanget B 115 ad videndum *om.* B; habetur via ad videndum *om.* R 117 in *om.* R perfectum *corr.* B1; imperfectum B (perfectum) aut/autem T; ut B proximum *add.* sed T 119 sine/sub R distinctione *lect. inc.* R 120 (enim) sunt *om.* BT 121 saltem/saltem B 122 ut *om.* R (integritas) et *om.* RT integritas ante pluralitas B vel/et B 123 ut dicendum est supra *om.* B 124 etiam *lect. inc.* B cuius *add.* est B 125 ex hoc/inde R quod *om.* B 126 sic/sicut B

108. Vol. VIII 137^o K; Bekker 1023^b; AL XXV 2, p. 111; XXV 3, p. 119 sq.

116. Vol. IV 115^o K; Bekker 207^a; AL VII 1(2), p. 128.

123. Quaestio XXIV; *Augustiniana* 46 (1996) 339-369; I. 186 sqq.

125. V Metaphys. Vol. VIII 129^o M, 130 A; Bekker 1022^b; AL XXV 2, p. 105; XXV 3, p. 114.

xima, non tamen omnino sunt idem.

Differunt enim, primo quia totum proprie dicit illa plura vel comparatur ad illa plura quae requiruntur ad ipsum, sicut continens ad contenta, ita quod continere convenit toti non in quantum perfectum proprie, sed in quantum totum; perfectum autem magis dicit illa plura ex eo quod nihil eorum deficit.

Unde integritas magis pertinet ad rationem perfecti, et potest dici quod illae tres conditiones quae dictae sunt, pertinent ad rationem perfecti. Et sic perfectum pertinet ad rationem totius secundum illas tres conditiones, tamen addit rationem continentiae.

Ex hoc autem sequitur alia continentia, scilicet quod totum comparatur ad plura quae ad ipsum requiruntur sicut ad partes.

Unde, cum dicitur quod totum est cui nihil abest, intelligendum est de partibus, quia contineri est ratio partis proprie; perfectum autem dicitur cui nihil abest, non solum quod se habeat ut pars, sed etiam si se habeat ut perfectio eius, sicut dicitur materia perfecta quando ei non deficit forma, non quia forma sit pars materiae sed est eius perfectio.

Unde et unus modus perfecti est secundum hoc habere finem.

Alii modi sunt secundum quod nulla pars deficit vel magnitudinis vel virtutis vel alio modo.

Vel dicendum quod prima differentia est, quia perfectum dicitur cui nihil de-est absolute. Totum insuper hoc addit rationem continentiae, ut quod comparetur ad ea quae non desunt, sicut continens ad contenta. Unde perfectum dicit magis comparisonem ad extra, ut quia nihil est extra et nihil deficit; totum autem magis ad intra, ut quia continet. Unde includit perfectum et addit continentiam.

Et ex hoc sequitur secunda differentia, quia totum dicitur cui non deficit pars; perfectum autem cui non deficit aliquid sive pars sive perfectio. Unum ergo et idem dicitur totum et perfectum, sed differt ratio utriusque, ut est dictum.

Unde una pars totius dicitur perfecta, cum coniungitur alii quae est

127 sunt/sint B 128 plura *om.* T 129 vel comparatur ad illa plura *om.* BT
 131 (in quantum) totum *om.* T 137 Ex/secundum T 139 intelligendum est/
 intelligitur B 141 abest *add.* est intelligendum de partibus B non *om.* B
 (quod) se *om.* B si se *om.* B ut *add.* pars R 142 deficit *lect. inc.* B 143
 sed *add.* quod B eius *add.* per T perfectio/perfectiva B 148 hoc *om.* R
 149 comparetur/componitur B 151 nihil *om.* T 153 Et *om.* B 155 sed/ne-
 que B 157 una *post* totius R

134. voir l. 76 sqq.

156. voir l. 128 sqq.

quasi finis et perfectio eius, ut corpus per animam dicitur esse perfectum; pars autem non potest dici totum.

160 Unde aliquo modo videtur communius esse perfectum quam totum, quia ubicumque dicitur totum, dicitur perfectum, non tamen econverso; et hoc propter illud quod addit totum supra perfectum, scilicet continentiam.

Ex hoc etiam patet quae sit propria ratio partis, scilicet continui, tamen includit perfectum, sicut includit perfectum. Imperfectum autem
165 dicitur ex defectu integritatis.

Dicemus ergo sic quod bonum, perfectum et totum se habent per ordinem, quia bonum dicit unitatem, ut in ea maxime consistit salus rei et consistentia; perfectum autem includit hoc.

Unde et propter hoc includit bonum et unum et addit integritatem;
170 et in hoc consistit propria ratio perfecti. Includit autem praecipue unitatem plurium, quae dicitur unio.

Totum autem includit hoc et addit continentiam, idest quod comparatur ad plura quae in ipso uniuntur, ut continens ad contenta; et in hoc consistit propria ratio totius secundum quod totum est. Et ideo dicitur
175 totum semper per comparisonem ad partes; non sic autem perfectum, ut dictum est. Unde dicit Philosophus quod "totum dicitur cuius nulla pars abest, ex quibus dicitur totum". Ubi dicit Commentator quarto, totum dicitur "illud a quo non diminuitur aliqua pars, in quarum respectu dicitur totum. Totum enim est totum partium"; et sic, sicut perfectum et bonum sunt
180 proxima quia unum includit aliud, sic totum et perfectum sunt proxima eadem ratione; et ita similiter sunt proxima malum, imperfectum et pars. Et ideo recte post bonum quaesitum est de toto; de perfecto autem non, quia oportet in petendo de toto facere mentionem de perfecto.

Et sic patet primum principale quod proponebatur declarandum.

158 esse *om.* B 160 videtur *add.* esse TB 161 non tamen/et non B 162 illud/hoc B
quod/quia B totum *om.* B supra/super B 163 quae/quod T 164 sicut includit per-
fectum *om.* B 166 Dicemus/dicimus B sic *om.* R 167 ea/ eo R maxime *ante* ut
in R 168 autem *om.* R includit hoc *add.* et hoc R 169 propter *lect. inc.* B
propter hoc/ideo R 170 propria *post* perfectio BT unitatem/bonitatem B 171
unio/uno T 173 et in *corr.* B1; non B 176 ut dictum est *om.* R Unde/ut T di-
cit *om.* R quod *ante* Philosophus R dicitur/est B 177 abest/deest T Ubi/unde
B quarto *om.* R; quattuor P 181 malum *add.* et BT 182 toto *add.* de R et
perfectum sunt ... autem non *om.* B 184 quod proponebatur declarandum *om.* R

176. voir l. 137 sqq.

176. V Metaphys. Vol. VIII 137^o K; Bekker 1023^b; AL XXV 2, p. 111; XXV 3, p. 119 sq.

177. text. com. 31. Vol. VIII 138 D.

II Secundo videndum est de modis totius. Secundum autem Philosophum distinguitur duplex modus totius, scilicet universale et integrale. Et Philosophus quidem utrumque videtur vocare proprie totum. Commentator tamen dicit quod integrale dicitur vere et simpliciter totum; universale autem dicitur totum secundum similitudinem ad illud quod est vere totum.

Sed sive universale dicatur vere totum sive non vere, sed dicatur totum propter aliquam similitudinem ad id quod est vere totum, videndum est in quo conveniunt totum universale et integrale, et in quo differunt.

Secundum autem dicta Philosophi et Commentatoris possumus accipere duplicem differentiam. Prima convenientia est quantum ad unitatem vel unionem quae requiritur ad rationem totius, quia, sicut partes totius integralis sunt unum in ipso toto et uniuntur in ipso, sic et partes totius universalis uniuntur in ipso toto, ut homo et asinus in animali.

Sed tamen diversus est modus unionis. Unio enim partium in toto universali est ratione similitudinis, quae est inter partes. Propter similitudinem enim quae est inter ea quae sunt sub genere, dicuntur uniri species in genere.

Unde dicit Boetius in libro Divisionum, Genus una quodammodo similitudo specierum est, quae earum omnium substantialem convenientiam monstrat, atque ideo collectivum plurium specierum genus; et similiter potest dici de specie respectu individuorum.

Et Commentator in XII Metaphysicae ait quod "universalia secundum Aristotelem sunt collecta ex particularibus," quae intellectus noster "accipit inter ea consimilitudinem et facit ea unam intentionem".

Dicit autem hoc contra Platonem qui "ponebat universalia extra animam existentia per se". Unio vero partium in toto integrali est secundum

189 dicitur *post* simpliciter B 192 Sed sive universale dicatur vere totum sive non vere, sed dicatur totum propter aliquam similitudinem ad id quod est vere totum *om.* BT id quod est *om.* R 193 conveniunt/convenit RP; *add.* vere R 194 dicta/dictum B 195 differentiam *add.* et duplicem convenientiam R est *om.* B 196 vel/et B partes *add.* ipsius R 198 asinus in *add.* ipso B 199 enim/tamen B 203 dicit *om.* R in *om.* T quodammodo/quaedam B 204 est *om.* R earum *corr.* T1 substantialem/substantiale T 205 monstrat/mensurat B collectivum/collectionem BT 207 in *om.* B 208 quae/quia B 209 consimilitudinem/similitudinem B 210 universalialia *add.* esse B 211 Unio vero/uno modo TB vero/enim R integrali *add.* et B

187. V Metaphys. Vol. VIII 137^{vo} K; Bekker 1023^b; AL XXV 2, p. 111; XXV 3, p. 119 sq.

188. text. com. 31. Vol. VIII 138 DE.

203. PL 64,880 AB.

207. text. com. 4. Vol. VIII 292 D.

compositionem vel aggregationem ipsarum partium, et ideo, ut Philosophus dicit in V, partes totius universalis ita dicuntur unum quod unaquaeque partium dicitur illud unum, et hoc quia sunt unum ratione similitudinis.

215 Partes autem totius integralis sic dicuntur unum quod quaelibet illarum non dicitur illud unum, sed ex ipsis dicitur esse et constitui unum; et hoc quia sunt unum ratione compositionis et aggregationis.

Unde et ex hoc accipitur quod totum universale praedicatur de suis partibus, non solum simul sumptis sed etiam singillatim. Totum autem
220 integrale non praedicatur de suis partibus singillatim sumptis, sed aliquo modo praedicatur de eis simul sumptis ratione identitatis.

Quam differentiam ponit Boetius in Libro Divisionum, ubi etiam addit quod convenit quandoque quod partes totius integralis videntur suscipere praedicationem totius, ut in toto similium partium. Quaelibet enim
225 pars aquae est aqua et in virgula aeris quaelibet pars eius est aes. Sed hoc falsum videtur, ut dicit; huiusmodi enim partes sunt idem in substantia, non autem in quantitate.

Secundum autem quod considerantur secundum substantiam, sic sunt partes subiectivae, et aes est totum universale.

230 Secundum autem quod considerantur secundum quantitatem, sic sunt partes integrales totius, quod est quantum et continuum. Et hoc modo non quaelibet pars est totum, sicut nec in toto dissimilium partium.

Et si dicatur quod quaelibet pars continui est continua, et quaelibet pars quanti est quanta, dicendum quod etiam hic consideratur ratio totius
235 universalis, non integralis.

Secunda convenientia inter utrumque totum est quantum ad continentiam, quia sicut totum integrale continet suas partes, sic universale

212 compositionem vel aggregationem/aggregationem vel compositionem B 214 dicitur/dicuntur B 215 sic/sicut B 216 esse *lect. inc.* TP constitui/continui T; contineri B 218 (Unde) et *om.* T 219 non solum *om.* B etiam/et B; *om.* T singillatim *mss* sigillatim (ita frequenter deinceps) 221 identitatis *mss* ydemptitatis 225 quaelibet *add.* enim R eius/aeris R aes/ens B 226 ut dicit *om.* R huiusmodi *om.* B 228 secundum autem quod/ut autem R 229 (sic) sunt/secundum B subiectivae/substantiae B aes/ens B 230 secundum autem quod/ut autem R 231 integrales/integralis T 232 non/ut B 233 Et *om.* R continui est continua/continet continui B; *om.* P 234 (quanti) est *om.* BT; *add.* quanti est R ratio/ratione B 235 universalis *add.* R; *add.* autem *post* non P 236 inter/quantum ad B est *ante* inter R

212. V Metaphys. Vol. VIII 137^o KL; Bekker 1023^a; AL XXV 2, p. 111; XXV 3, p. 119 sq.

222. PL 64,879 D.

226. PL 64,880 A.

dicitur continere ea quae sub ipso sunt, sed tamen diversimode, quia continentia universalis est secundum praedicationem vel praedicationis ambitum.

240 Continentia vero totius integralis est secundum rei et entitatis excessum. Totalitas enim universalis accipitur secundum intellectum, cuius est praedicationem facere, licet ex aliquo reali sumatur, scilicet ex similitudine reali eorum quae continentur sub universali.

245 Sunt autem et aliae differentiae inter utrumque totum, quas ponit Boetius in Libro Divisionum.

Totum enim universale prius est naturaliter suis partibus, quia simplicius et abstractius; totum autem integrale posterius naturaliter suis partibus, licet prius perfectione, sicut pars totius universalis perfectior suo toto.

Item, interempto toto universali interimitur quaelibet eius pars, non 250 autem econverso interempta aliqua parte totum interimitur.

De toto autem integrali econverso est, quia interempta quacumque parte interimitur, quia iam non est totum; toto autem interempto, non interimuntur omnes partes. Nam interempta una parte, totum interimitur, et possunt remanere aliae partes.

255 Sic ergo patet differentia inter utrumque totum et similitudo.

Utrumque autem totum habet diversos modos. Totum enim universale vel est essenziale respectu horum de quibus dicitur, vel non essenziale; et si non est essenziale vel convertibile, ut proprium, vel non convertibile, ut accidens; et si essenziale, vel dicit totam essentiam per modum totius, ut 260 species, vel per modum partis; et hoc vel materialis, ut genus, vel formalis ut differentia, vel totum, et hoc vel indistinctum ut genus, vel distinctum ut species.

Vel aliter, universale vel est praedicabile in quid vel in quale. Si in quid vel in differentibus specie ut genus, vel numero ut species. Si in quale 265 vel substantiale ut differentia, vel non substantiale; et hoc vel convertibile ut proprium, vel non convertibile ut accidens.

238 sunt ante sub ipso B tamen om. R 240 (rei) et om. B excessum/concessum
BT 241 intellectum/esse B 244 aliae add. duae B inter/in B quas/quare B
246 enim/autem T 247 (posterius) naturaliter om. R 248 sicut/sic B universalis
add. sit B toto add. et cetera T 250 aliqua om. B 251 quia om. B interempta
add. autem B 252 (interempto) non om. B 255 Sic/sicut B similitudi/convenientia R
256 habet/habent T 257 essenziale om. B horum/eorum B 258 (et si non) est om.
BT 259 ut accidens om. TB per modum add. partis R 260 (materialis) ut om. B
261 (hoc) vel om. R 263 (universale) vel/quod B Si/sive B 264 (quid vel) in om.
BT; vel in/de R 264 (specie) ut om. R (genus) vel/si R (numero) ut om. R
Si/sive B 265 (et) hoc/si R

Totum etiam integrale dividitur, quia vel est ex partibus quantitatis, et hoc vel continuum ut linea, vel discretum ut numerus, vel est ex partibus essentialibus, et hoc vel secundum rem ut compositum ex materia et forma, vel secundum rationem ut definitum ex partibus definitionis, vel est ex partibus potentialibus ut anima dicitur totum potentiale habens diversas potentias, vel eadem potentia diversos habitus.

Ex hoc autem patet, cum omne totum sit divisibile, et non omne totum sit quantum, non omnis divisio est secundum quantitatem nec omne divisibile quantum.

Licet Philosophus videatur definire quantitatem per esse divisibile, tamen non definit simpliciter per divisionem, sed per talem divisionem, scilicet quod dividitur in ea quae insunt quorum unumquodque unum; et hoc aliquid natum est esse. Hoc autem non convenit in toto alio nisi quantum. Totum enim universale non est ex his quae insunt, quia non constituitur ex suis partibus; non enim est unum ex his.

Totum vero integrale quod constituitur ex partibus essentialibus vel virtutis, dividitur quidem in ea quae insunt; non tamen quodlibet illorum natum est esse hoc aliquid, quia non sunt nata per se subsistere sicut hoc aliquid, et cetera, nisi dicatur quod omnis divisio, idest secundum quantum, non ex ea ratione qua totum dividitur in partes, sed ea qua totum est unum et partes sunt plures, et est divisio unius in multa; unum autem et multa ad quantitatem pertinent.

Proclus vero aliter assignat modos totius. Dicit enim, LXVII Propositione, quod "Omnis totalitas aut ante partes est, aut ex partibus, aut in parte". Quod sic intelligendum est secundum ipsum.

Aliquid enim dicitur totum secundum se, et secundum suam essentiam; et hoc dicitur totum ex partibus. Ideo enim dicitur totum ex partibus quia ipsum secundum se ipsum partes habet ex quibus constituitur, et quarum est contentivum, et nulla illarum partium ei de-est.

268 (vel) est *om.* R 270 definitum *add.* vel B 271 potentialibus/essentialibus B
 269 potentiale *add.* ut B 276 videatur/videtur T 277 definit *mss* diffinit 278 dividi-
 tur/dividatur B in ea/in hiis B; ea *om.* T 279 non *add.* non T 280 enim/autem B
 (non) est *om.* B quia *add.* totum B 281 suis/hiis *post* partibus B est unum *om.* B
 282 vero/enim B 283 illorum/horum B; eorum T 285 et cetera *om.* B; igitur R
 286 (non) ex *om.* BT (ea) qua/quae T 289 vero/autem T 290 (totalitas) aut *om.*
 BT 292 (dicitur) totum *om.* R 293 (enim dicitur) totum *om.* T Ideo ... ex parti-
 bus *om.* B 294 quia/quod B quarum *om.* B 295 illarum/harum B ei/eidem B

276. V Metaphys. Vol. VIII 124; Bekker 1020^a; AL XXV 2, p. 101; XXV 3, p. 110.

289. Elementatio Theologica, Propositio 67, ed. Boese p. 36; ed. Vansteenkiste p. 290.

Aliquid vero est quod dicitur totum secundum causam, videlicet quia ipsum secundum se partes non habet ex quibus constituatur, sed est causa eius quod est totum secundum suam essentiam. Unde quia effectus praeexistit in causa, ideo quod est causa totalitatis in aliis, etiam ipsum
300 dicitur totum.

Sed quia effectus praeexistit modo excellentiori, quia secundum Dionysium, secundo capitulo De Divinis Nominibus, quae sunt causatorum praeinsunt causis abundantius; et ideo illud quod est causa totalitatis dicitur quidem totum, sed alio modo quam illud totum, cuius est causa.

305 Ideo dicitur totum ante partes; et hoc idem est ac si diceretur totum non habens partes secundum se, sed continens impartibiliter. Et dicitur ante partes, quia prius est partibus ex quibus constituitur totum illud cuius est causa; vel dicitur ante partes, quia partes constituentes aliquod totum sunt priores secundum naturam, ut dictum est.

310 In hoc ergo quod dicitur quod hoc totum est ante partes, intelligitur quod ipsum non dicitur totum quia secundum se constituatur ex partibus, sed quia causat huiusmodi totum quod ex partibus constituitur, et praecedit ipsum et partes eius sicut causa effectum.

Aliquid vero dicitur totum secundum participationem quamdam, ut
315 quia ipsum secundum se, et hoc dicitur totum in parte. Quaelibet enim pars illius totius, quod dicitur totum ex partibus, dicitur totum in parte, quia ex quo totum constituitur ex omnibus partibus, quaelibet pars participat aliquid totalitatis.

Quaelibet ergo pars dicitur totum in parte, nec dico omnes partes
320 simul, quia hoc est totum ex partibus, sed dico quamlibet partem singillatim.

Quaelibet enim pars dicitur totum in parte, quia est pars participans toto.

Et hoc triplex totum sic se habet, quia totum ex partibus dicitur
325 secundum participationem totius quod est ante partes, cum sit effectus eius; totum vero in parte dicitur secundum participationem totius ex partibus.

296 videlicet *om.* R 297 ipsum/ipse B constituatur *lect. inc.* B 299 ipsum/patet B 301 (excellentiori) quia *om.* R 302 secundo capitulo *corr.* R1; *om.* BR 303 praeinsunt/prae-existunt B; praeexistit T abundantius *mss* habundantius et *om.* R 306 non/ut P 307 quia *add.* est T 308 prius est ... partes quia *om.* P 309 ut dictum est *om.* R 310 (In hoc) ergo *om.* BT 311 constituatur *lect. inc.* T 312 (totum) quod/quia B 316 Quaelibet enim ... totum in parte *om.* B 317 ex quo *om.* B 319 pars/res P 322 (quia est) pars *om.* B 324 sic *om.* B quia/quod B 325 secundum/per P 326 (in parte) dicitur secundum *corr.* dicitur P1; *om.* P

Unde post dictam propositionem de divisione totius, ponit duas alias consequenter, quarum una est quod "Omne quod est in parte totum, pars est eius quod ex partibus totum".

330 Alia est "Omne quod ex partibus totum participat ea quae ex partibus totalitate".

Et ut exemplo aliquo sit manifestum quod dicitur de hac triplici totalitate, potest dici quod domus quae est extra animam dicitur totum ex partibus, quia ipsa secundum se constituitur ex partibus. Domus vero quae
335 est in anima, scilicet idea domus in mente artificis, potest dici totum ante partes, nam idea domus est causa domus exterioris et secundum se non habet partes, sed continet impartibiliter domum exteriorem, quae partes habet, ita quod, sicut domus extra, quae est materialis, praeexistit in anima immaterialiter, ita ipsa domus extra, quae est partibilis, praeexistit in mente
340 impartibiliter.

Idea enim secundum se impartibilis est et simplex, sed tamen repraesentativa et factiva compositi partibilis.

Quaelibet autem pars domus extra animam dicitur totum in parte, ut fundamentum dicitur domum in parte, quia participat totalitatem, cum ex
345 ipsa cum aliis constituatur totum. Si enim omnes partes simul sunt ipsum totum essentialiter, quaelibet pars aliquid totalitatis participat, dum pertinet ad constitutionem totius.

Est autem sciendum quod haec divisio totius proprie est illius totius quod vere dicitur totum, scilicet totius integralis, non autem eius quod
350 dicitur totum secundum quamdam similitudinem, scilicet universalis. In universali enim non videtur habere locum haec distinctio, cum ipsum non dicatur totum ex partibus constitutum; licet enim universale contineat ea quae sub ipso sunt, non dicitur tamen constitui. Et hoc patet ex dictis.

Huius tamen totius secundum similitudinem, scilicet universalis, est

328 omne *add.* totum B 329 quod *add.* est B 330 est *add.* quod B ea quae *add.*
non *mss.* 334 quia ipsa ... ex partibus *om.* B 335 domus *add.* quae B 336 in
mente artificis, potest dici totum ante partes, nam idea domus *om.* BT et/sed P 338
(partes) habet *om.* B materialis *lect. inc.* B; materia T 339 (ita) ipsa *om.* R 342
partibilis/impartibilis TBP 343 autem/enim T totum/autem TB 345 cum aliis *om.*
B omnes/partes B 348 autem *om.* R 349 eius/illius B 350 quamdam/quam B;
om. P 352 universale/tale B ea/omnia B 353 constitui *lect. inc.* B Et hoc/ut
R 354 Huius tamen ... universalis *om.* R est *add.* autem BT

327. Propositio 68. ed. Boese p. 36; ed. Vansteenkiste p. 290.

328. Propositio 68. ed. Boese p. 36; ed. Vansteenkiste p. 290.

330. Propositio 69. ed. Boese p. 37; ed. Vansteenkiste p. 291.

355 quaedam distinctio trimembris, et solet communiter dici quod est triplex universale, scilicet ante rem, in re et post rem.

Ante rem ut idea, quam Plato posuit; in re ut illud quod communiter vocamus universale, quod dicitur de pluribus; post rem ut species intelligibilis.

360 Haec autem distinctio, sane intellecta, non est reprobanda. Unde Simplicius in Praedicamentis ponit hanc distinctionem, sed verbis aliis et magis scientifice. Dicit enim sic, ubi dubitat an universalia sint priora singularibus vel econverso, quod sumendum est triplex commune.

"Hoc quidem exemptum a singularibus et causa communitatis quae 365 est in ipsis secundum unam ipsius naturam, sicut et differentiae" causa est "secundum multiformem praeacceptationem; nam primum animal et per se animal secundum unam quidem animalis naturam communitatem ad invicem omnibus animalibus dat secundum quod animalia sunt; secundum autem praeacceptationem differentium specierum, differentes species anima- 370 lium constituit.

Secundum autem est commune quod a communi causa differentibus speciebus distribuitur et inest ipsis sicut illud quod in unoquoque animali.

Tertium autem quod in nostris intellectibus per abstractionem consistit, posterius genitum existens, et maxime rationem communis, et in 375 differentis suscipiens. Communis enim causa exempta est a causatis et aliud est omnino praeter ipsa et ut causa communis, sed non ut natura communis. Completiva autem singularium communitas, cum eo quod commune et differens <habet> non enim est aliquid solummodo commune <in> mortali et immortalis substantia, sed communitas differt et differentia 380 communicatur. Solum ergo hoc quod ex abstractione, quod quidem nos

355 distinctio/divisio B trimembris *add.* de universali T est quaedam distinctio ... dici quod *om.* R 356 (in re) et *om.* R 357 posuit/ponit B (in) re/rebus R 360 distinctio/divisio B Unde/et eam R 361 Simplicius *add.* in his verbis R ponit/post B; ante Simplicius R et post scientifice B 362 hanc distinctionem ... magis scientifice *om.* R enim post ubi B sic *lect. inc.* B 365 ipsis/ipsius B unam/suam B ipsius/sui ipsius - ed. Pattin sicut/sic R causa/cum R 368 secundum quod/ut R 369 nam primum ... autem praeacceptationem *om.* B 371 (quod) a/autem B 372 inest ed. Pattin; *mss.* est in (illud) quod *add.* est B 374 constituit *add.* prius et B communis *add.* et cetera TRP 375 in differentis *lect. inc.* BR Communis/rationis B; omnis R enim *om.* BT 376 (et ut) causa *om.* BT sed/licet B 377 Completiva/completa R autem/aut B cum *add.* in B 378 habet *om. mss.* non/modo B solummodo/solum B; *om.* R 379 in *om. mss.* 380 quidem/quidam T nos *om.* B

aufferentes differentias dimittimus, communis ut communis rationem habebit".

Sic ergo secundum intentionem Simplicii.

Primum universale est secundum causalitatem, et hoc est idea, nec
385 refert quantum ad hoc, sive ponatur idea ut Plato posuisse dicitur, sive ut catholica veritas ponit.

Secundum universale est non existens extra animam in singularibus; quod est universale potentia, quia in re est similitudo in diversis, ex qua concipitur universale.

390 Tertium universale est ipsa natura existens in singularibus, ut concepta sive intellectu eorum per quae singularia differunt. Intellectus enim, aufferendo ea quibus differunt, concipit uno conceptu illa propter similitudinem eorum.

Unde hoc universale dicitur natura existens in singularibus, non
395 existens in eis, scilicet secundum convenientiam et differentiam, sed ut concepta ab intellectu, cum convenientia sive differentia, vel etiam ipse conceptus intellectus ut repraesentativus naturae ipsius solum in qua conveniunt, sive repraesentatione horum per quae differunt. Et hoc vere et proprie dicitur universale, ut patet per Simplicium.

400 Ad hoc enim quod aliquid sit universale, oportet quod sit in pluribus.

Primum autem est causa pro universali, sed non est in pluribus.

Item requiritur sola convenientia, quia communitas omnis ex convenientia sumitur. Ubi ergo est convenientia et differentia, ibi non vere est
405 universale; et hoc est in secundo modo universalis.

Sed in tertio modo concurrit utrumque, quia illud quod consideratur, in re est et non separatur a re, et cum est ibi sola convenientia sive differentia, et hoc est per acceptionem intellectus. Et ad hoc universale facit anima, non autem ad primum et ad secundum.

410 Item, hoc universale est posterius rebus, quia prius est natura in se extra animam cum convenientia et differentia, quam quod consideretur ab

381 communis/quis omnium B 385 idea mss. ydea posuisse/posuit T dicitur/videtur B; om. T; add. nec BT 387 non/ut B 388 universale corr. B1; om. B 390 (Tertium) universale om. R ipsa natura/ipsum universale B 394 concepta sive ... in singularibus non om. B 395 scilicet om. BR 396 cum lect. inc. B vel etiam/sive B 397 repraesentativus lect. inc. R 398 representatione/representative T horum/eorum R 402 pro om. B 403 Item/tantum T 404 sumitur/dicitur B ergo add. vere B convenientia et differentia/differentia et convenientia T 405 (hoc) est om. B 406 concurrit/concurrunt TP 407 cum est/commune T; cum om. B 409 autem om. R primum/ipsum T 410 Item/Est B posterius/prius B 411 quam quod/qua B; quod om. P

anima secundum solam convenientiam. Non ergo species intelligibilis dicitur hoc tertio modo universale, sed natura ipsa ut sit concepta.

Sic ergo patet de modis totius.

415

III Nunc restat tertio videre, an totum dicatur de Deo proprie.

Et primo videndum de eo quod dicitur totum vere et principaliter; deinde vero de eo quod dicitur totum secundum similitudinem, scilicet de universali.

420 1. Quantum ad primum sciendum quod, ut patet ex dictis, in eo quod dicitur totum, oportet esse aliquam pluralitatem et etiam diversitatem, cum principium pluralitatis sit alteritas; item oportet esse illorum unitatem, item integritatem. Haec omnia inveniuntur in Deo. Est enim ibi pluralitas attributorum et distinctio; quae quidem sunt unum.

425 Est etiam ibi integritas, quia nihil Deo de-est eorum quae ad complementum eius pertinent; et quia haec sunt de ratione perfecti, ideo perfectum simpliciter dicitur de ipso proprie.

Sed totum ultra hoc addit continentiam, et ideo requiritur quod illa plura habeat ut pars sive ut modi essendi vel perfectiones, ut supra dictum
430 est. Si nihil talium de-est, dicitur perfectum. Sed ad hoc quod dicatur totum, requiritur quod illa plura sint partes.

Est ergo videndum, an plura quae sunt in Deo, possint dici partes.

Et dicendum quod simpliciter loquendo non, sed secundum quid. Ubicumque enim sunt partes, est diversitas et multitudo simpliciter; talis
435 autem non est in Deo, ut ostensum fuit supra in quaestione de unitate divina quomodo compatitur secum pluralitatem et quam et qualem; ibi ostensum fuit quod in Deo non est multitudo simpliciter. Talis enim provenit ex diversitate rerum. In Deo autem est diversitas solum secundum modos

412. non/ut TB 414 Sic *om.* R totius *add.* et cetera BT 416 restat tertio videre/videndum R 417 videndum *om.* R dicitur totum *om.* R (vere) et *om.* T 420 deinde vero ... ex dictis/dicitur totum ut patuit R 421 (quod) dicitur *add.* quod R aliquam/aliqua T etiam *om.* B; aliquam R 422 principium *add.* principium T 423 ibi *om.* B 424 attributorum *lect. inc.* B 425 Est/et TB ibi *om.* B Deo/de eo B (quae) ad *om.* T 427 simpliciter *post* de ipso T de ipso/de Deo P; *add.* et R 428 ultra *add.* ad B 429 habeat/habent BTR ut supra dictum est *om.* R 430 de-est/de-esse T dicatur *corr.* B1; dicitur B 432 sunt/sint B 433 (dicendum) quod *om.* TR simpliciter loquendo non/non loquendo proprie R 435 ostensum fuit supra/patuit R 436 secum/secundum T quod modo ... et qualem *om.* R 436 ibi/ubi B; *add.* enim R 437 enim/autem B

429. voir I. 115 sqq.

435. voir Quaestio IV. ed. Ypma p. 92-105.

essendi, vel absolutos ut sunt attributa, vel respectivos ut sunt relationes.

440 Sic ergo nihil in Deo habet rationem partis simpliciter, sed secundum quid. Et similiter continere simpliciter non convenit Deo respectu eorum quae intra sunt. Continens enim excedit contentum.

Simpliciter autem loquendo, cum omnia attributa dicant eandem rem, omnia simul non excedunt singula; sed omnia simul adaequantur
445 singulis et singulum omnibus; et hoc simpliciter loquendo, scilicet propter unitatem rei quam dicunt.

Sed quia dicunt modos essendi reales, ideo est ibi continentia secundum quid. Unde dicimus quod Deus continet suas perfectiones.

Sic ergo dicendum est in summa, quod totum vel potest accipi pro
450 perfecto et secundum quod includit perfectum; et sic dicitur de Deo convenienter et simpliciter, quia ei conveniunt illa quae requiruntur ad rationem perfecti absolute, licet secundum proprietatem vocabuli sit inproprietas, ut supra in alia quaestione dictum est.

Vel accipitur totum secundum propriam rationem totius, secundum
455 quod addit supra perfectum rationem continentiae, et hoc est secundum comparisonem ad partes; et tunc dicendum quia ut potest dici totum secundum privationem partium, ut dicatur totum quia non habet partes; et sic convenit Deo proprie. Sic dicitur totus ubique, non quia secundum omnes partes eius sit ubique, sed magis quia impartibilis est, dicitur totus ubique.

460 Vel dicitur totus secundum potentiam partium. Et tunc dicendum quod totum ante partes Deo convenit, quia non dicit imperfectionem, ut patet. Totum autem ex partibus vel in parte Deo convenit secundum quid, non autem simpliciter. Et licet conveniat sibi secundum quid tamen proprie, quia aliud est esse improprie, aliud secundum quid. Unde numerus
465 secundum quid est in Deo, et tamen proprie.

Haec autem totalitas maxime attenditur secundum modos essendi absolutos, cuiusmodi sunt attributa; modi autem respectivi non proprie

439 sunt/sint B respectivos *lect. inc.* T (ut) sunt *om.* TR 440 nihil *post* in Deo T
442 eorum/earum T 443 dicant *lect. inc.* T 446 unitatem/bonitatem R 448 perfectiones *add.* et cetera BT 449 accipi *add.* vel T 450 secundum quod/ut R 451 illa/ita R 453 alia *om.* B est *add.* et cetera T 455 secundum quod/ut R 456 quia ut/quod vel R 457 (partium) ut *add.* ita B 458 non *add.* secundum B 459 eius *om.* R est *om.* R 461 totum/totus R imperfectionem/perfectionem B 462 ex partibus vel in parte/in parte vel in partibus R 463 simpliciter/similiter T secundum quid *om.* T 464 (quia) aliud/illud TB (improprie) aliud/et T 465 quid *om.* T quia illud ... et tamen proprie *om.* B 467 cuiusmodi sunt attributa *om.* B

etiam in creaturis. Unde dicimus quod totum quod habet Pater, habet Filius, non tamen ibi includitur relatio.

470 Sic ergo intelligendum est cum dicitur totus Pater et totus Filius, propter multitudinem perfectionum, et, cum totum dividatur in quantitativum, essenziale et potestativum quod, licet horum aliquo modo est ibi secundum quid, est enim ibi quantitativum, non quid continuum sed discretum, ut numerus vel pluralitas; quod quomodo sit alias dictum fuit, scilicet
475 quod quantum discretum invenitur in Deo.

Totum essenziale est ibi, quia omnia attributa ad essentiam pertinent; quae in creaturis sunt accidentia, in Deo sunt substantia. Unde attributa integrant unam Dei essentiam, non sicut diversae res, sed sicut una secundum diversos essendi modos.

480 Item, totum potestativum est in Deo secundum quod in ipso dicuntur esse multae potentiae, ut generandi, spirandi, creandi et alia huiusmodi.

Sic ergo totum ex partibus non dicitur simpliciter de Deo. Unde dicit Proclus in quaestionibus De Providentia, quaestio prima, quod unum quod Deo convenit non est tale quale totum. "Hoc enim quidem partibile,
485 illud autem ut vere unum existens, ut vere est impartibile"; secundum autem quod non est, inconveniens est dici de Deo totum proprie.

2. Nunc videndum est de toto quod est universale quod dicit totum secundum similitudinem, utrum dicatur de Deo. Et ponitur communiter
490 quod non. Tamen possumus dicere, sicut et de toto, quod simpliciter loquendo non dicitur de Deo, secundum quid autem potest dici.

Quod autem simpliciter loquendo de ipso non dicatur, potest ostendi quia simpliciter sumptum universale est unum solum secundum ratio-

468 dicimus/dicit B 469 non/nec TR1; non tamen ibi includitur/tamen non includitur ibi P 470 non tamen ibi ... et totus Filius *corr.* R1; *om.* R 472 essenziale et potestativum/potestativum et essenziale P 473 enim *om.* R; enim quid *corr.* R1 *post* ibi (non) quid/ secundum B; *om.* R sed *om.* B discretum/distinctum B 474 ut/non T 475 (sicilicet) quod *om.* TR discretum/distinctum B quod quomodo ... in Deo *om.* R 477 quae/quia BR 480 secundum/quid B secundum quod/ut R 481 spirandi *om.* R et alia huiusmodi/et cetera R 482 totum/quantum B 484 (non) est *om.* T 485 autem/vero B (autem ut) vere *om.* B 486 inconveniens/conveniens B; tamen conveniens T Deo/eo R 489 Nunc videndum ... similitudinem/de toto R dicatur de Deo. Et *om.* R ponitur/dicitur BR 490 quod non *add.* dicitur de Deo R 491 (potest) dici/haberi B 492 simpliciter *post* de ipso B loquendo *om.* B autem simpliciter ... non dicatur/simpliciter non R 493 solum *post* rationem

474. Quaestio I [4]; Quaestio II [4]. ed. Ypma pp. 118, 127 sqq.; pp. 128, 139.

483. I q. 1,5. ed. Boese p. 8.

nem, et plura secundum rem. Unde non habet hoc modo locum in Deo, in
495 quo nulla est diversitas rerum.

Unde dicit Proclus in quaestionibus De Providentia, quaestio tertia,
quod unum quod Deo convenit, non est sicut universale unum, ut quidam
dixerunt. "Hoc quidem enim, et si contineat ea quae sub ipso et essentiam
det singulis, tamen differentias eorum quae continet, prae-accepit et est
500 <unum> multa secundum essentiam. Illud autem exemptum est ab omnibus
quorum est productivum et perfectivum et omnis varietatis insusceptivum".

Sic ergo dicendum est in summa, quod universale secundum causa-
litem, quod dicitur ante rem, dicitur de Deo. Universale autem quod est
in re et post rem non, quia utrumque sine diversitate rerum esse non po-
505 test, quia accipitur ex rebus diversis habentibus similitudinem. Et hoc intel-
ligendum est simpliciter et absolute loquendo.

Universale tamen secundum quid sumptum potest dici de Deo prop-
rie. Quod sic patet. Sicut enim pluralitas perfectionum attributalium facit in
Deo rationem totius integrari secundum quid, et similiter potest dici de
510 pluralitate idearum, sic pluralitas potest accipi ibi ratio totius universalis
secundum quid. Licet enim essentia sit eadem re in tribus Personis, tamen
secundum alium modum essendi, non solum accipiendo modum essendi
pro relatione, sed magis illud quod est fundamentum relationis.

Ut enim dicebatur supra, in tractatu de relatione, essentia divina
515 non posset esse fundamentum oppositarum relationum, nisi ipsa in se habe-
ret aliquam diversitatem. Illa autem est secundum modum essendi natura-
lem, intellectualem et appetibilem. Eadem enim res habet hunc triplicem
modum, quem in creaturis dicunt diversas res, in Deo autem diversos mo-
dos essendi, qui quilibet comprehendit totam perfectionem divinam. Unde
520 non se habent sicut partes integrales, sed magis sicut subiectivae.

Isti autem modi essendi, licet in una re simplici fundentur, tamen
diversi sunt; ideo sequuntur eos oppositae relationes. Licet autem sint

494 locum *ante* hoc modo R 496 dicit *om.* R in quaestionibus/in nono BT 497
sicut *om.* B 498 Hoc/haec B ea quae/hoc quod B 500 (exemptum) est *om.* B
503 (causalitatem) quod/quae R 504 (est) in *om.* T esse *ante* sine T 506 (intelli-
gendum) est *om.* T 507 tamen/autem R 510 ibi *om.* B ratio/ratione B 512
(essendi) non solum accipiendo modum essendi *om.* T 513 magis/per B 514 Ut
enim ... de relatione *om.* R essentia *add.* enim R 515 posset/potest T 516 Il-
la/nulla T 517 habet *om.* R 518 quem *mss* qui 519 qui/quorum B; quoniam R
comprehendit/apprehendit B; *post* divinam BT 520 habent/habet B subiectivae *lect.*
inc. B 522 oppositae/diversae B; *lect. inc.* B relationes *add.* autem B

496. I q. 3,10. ed. Boese p. 18.

514. Quaestio XV, IV. ed. Ypma pp. 254-260.

diversi, tamen habent similitudinem. Habent enim identitatem ratione rei,
in qua fundantur secundum similitudinem intra se, quia unus modus ortum
525 habet ex alio, et quidquid est in uno, est in alio.

Unde et divinae Personae dicuntur similes propter similitudinem
huiusmodorum, et aequales propter aequalitatem horum modorum; dicuntur
autem eadem propter unitatem rei.

Unde, ut supra in tractatu de relatione, dicebatur quod similitudo et
530 aequalitas possunt dici relationes reales, non tamen sunt distinctivae, sed
praesupponunt distinctionem et sumuntur ex convenientia Personarum
distinctarum.

Hi enim modi, secundum quod sunt diversi, possunt dici similes et
aequales, et ratione eorum Personae similiter similes et aequales. In quan-
535 tum enim unus modus ortum habet ex alio dicuntur similes; in quantum
quidquid est in uno est in alio, dicuntur aequales, tamen propter identita-
tem rei in qua sunt, idem sunt. Unde non est per omnem modum verum,
quod similitudo et aequalitas in divinis transeunt in identitatem.

Hoc enim verum est ratione rei, non autem ratione modi. In quan-
540 tum ergo est ibi diversitas secundum modos et similitudo inter eos, potest
accipi universale, et erit ibi diversitas aliqua realis quantum ad modum, et
unitas secundum rationem. Sed hoc est universale secundum quid, quia
universale simpliciter requirit diversitatem rei simpliciter.

545 Sed ulterius videndum quae universalis possunt accipi secundum
quod in divinis. Et potest dici quod, cum sint vere accidens, in Deo locum
non habet, quia Deo nihil accidit quod sit in ipso ut in subiecto. Relationes
autem temporales dicuntur accidere ei, sed haec sunt in ipso ut in termino
solum. Proprium autem est in Deo, non secundum quod manat de genere
550 accidentium, sed secundum quod dicit aliquid quod non est substantia. In
Deo autem non est verum quod quidquid non est substantia, sit accidens.

523 diversi/diversa R identitatem mss ydemptitatem (ac ita deinceps) ratione om. B
529 ut supra ... dicebatur quod om. R; quod om. P 530 distinctivae/distinctae B 533
similes/simile T 534 et ratione ... et aequales corr. B1; om. BR 536 quidquid/quod
quid B tamen lect. inc. B 539 est om. T; corr. T1 in qua sunt ... ratione rei om.
B 540 potest/possunt B 543 requirit/respicit R 545 ulterius videndum om. R
546 Et om. R vere lect. inc. T accidens/accidentia B locum post habet T 547
habet/habent B 548 (Relationes) autem om. TB haec sunt/licet eae sint T 549 se-
cundum quod/ut R manat lect. inc. P 550 sed add. solum B secundum quod/ut R
551 (substantia) sit/est BT

In eo enim relatio secundum Augustinum, V De Trinitate, quae non est substantia, nec tamen est accidens. Istae relationes sunt propria Personarum; unde dicuntur proprietates.

555 Sed videtur quod nulla proprietas sit in divinis relativa, quae sit universalis. Paternitas enim et innascibilitas soli uni convenit ut Patri, secundum actum et secundum aptitudinem, et similiter filiatio Filio; communis spiratio convenit quidem Patri et Filio, sed eadem numero est in utroque, quia sunt unum principium Spiritus Sancti.

560 Et dicendum quod communis spiratio habet rationem universalis, quia convenit duobus; et licet sit idem fundamentum, tamen secundum alium essendi modum, ut supra dictum fuit in tractatu De Duabus Naturis in Christo. Est ergo hypostasis quidem et individuum et Persona Pater et Filius et Spiritus Sanctus; continentia autem ipsorum species supersubstantialis et incomprehensibilis deitas.

Et nunc videndum de genere, utrum sit ibi; videtur autem quod non, quia sumitur a potentia. Et dicendum quod genus non est ibi. Ostensum enim fuit supra quod Deus non est res generis alicuius.

Et si dicatur, species non dicitur nisi respectu generis, dicendum 570 quod in Deo species non dicitur eo modo quo in creaturis; tamen potest dici quod habet aliquid sibi correspondens ut genus. Aliquid enim commune ut analogum dicitur de Deo, ut ens vel substantia. Unde, licet non sit genus, accipitur ut genus, et aliquae differentiae determinantes, haec autem attributa.

575 Unde secundum hoc definitur Deus, quia est substantia, vivens, sapiens, infinita, et alia huiusmodi. Unde est ibi aliquid ut genus, aliquid ut

553 (tamen est) accidens/sic R propria/proprie BT; *add.* relationes T 555 relativa
om. R 556 (convenit) ut/scilicet B 558 communis/convenit B quidem *ante*
spiratio R 559 utroque/utraque BT 561 sit/sint B supra *om.* R 562 fuit *add.*
et T in *om.* B (Duabus) Naturis *om.* TR 563 hypostasis *mss* ypostasis 564 contin-
entia/continentiam T; contentum R ipsorum/ipsarum BT supersubstantialis/sunt
substantialis BT 565 deitas/divinitas R 566 Et *om.* B videndum *add.* est P vi-
detur/videatur T 567 Et nunc ... quod non/Genus autem non videtur esse ibi R 568
enim *om.* B Ostensum ... supra quod/quia R non *om.* B 569 Et si dicatur/Sed
dicitur quod R non dicitur nisi *om.* B respectu *add.* alicuius R dicendum/dicitur
B 570 eo *om.* R 572 analogum/analogum BP 573 haec autem/ut sint R 575
quia/quod BR substantia/sapientia B 576 et alia huiusmodi/et cetera R

552. PL 42,914; CCL 50,210,211.

562. voir l. 280, 282 sqq.

562. Gilbertus Porretanus, De Duabus Naturis in Christo. PL 64,1371 ABC; ed. Haering pp. 270-272.

568. Quaestio VI, (IV). ed. Ypma pp. 167-169.

differentia; et ex his definitio, quae non est definitio, sed ut definitio; et similiter aliquid ut species.

Vel potest dici quod species duplicem habet comparisonem: unam ad genus et differentiam ex quibus constituitur. Et sic Deus non dicitur species proprie, sed ut species, ut dictum est, quia nihil de Deo ut genus.

Item, illa quae videntur esse ut differentiae, non sunt extra rationem generis, ut determinant substantiam vel ens quod dicitur de Deo, sicut differentiae determinant genus, quasi existentes extra intellectum eius, sed magis specificant quod clausum et implicitum in intellectu substantiae vel entis.

Item, genus necessario habet plures species; Deus autem unus est essentialiter, ideo non est totum definibile ipse Deus. Unde attributa non sunt ut differentiae, sed sunt consequentia esse scilicet, et dicunt modos essendi. Et ideo forte dicit Damascenus quod sunt assequentia substantiam, scilicet quantum ad modum quem explicant, sed quantum ad rem sunt idem quod substantia.

Unde non comparantur sicut differentiae ad genus, sed sicut passionis entis ad ens. Sic ergo secundum comparisonem quam habet species ad genus, Deus non dicitur species proprie, nisi eo modo quo generalissimum dicitur species entis.

Alio modo comparatur species ad individua; et hoc modo magis proprie dicitur species de Deo, licet secundum quid, ut supra dictum est.

Si quis autem dicat quod in divinis sunt diversae relationes specie differentes, ut paternitas et filiatio, quare habent aliquid commune ut genus, dicendum quod istae relationes non se habent ut species in divinis proprie, sed sicut proprietas individualis. Non enim paternitas convenit nisi uni soli in divinis, nec nata est convenire; species autem nata est pluribus convenire.

Paternitas ergo et filiatio dicuntur differre specie in divinis, quia in creaturis differunt specie; vel potest dici quod non differunt specie, prout

577 differentia *lect. inc.* R 581 nihil *corr.* R1; vel BT Deo *add.* dicitur R1 582 illa/quia R videntur/dicuntur B 583 ut/nec TB substantiam/substantia R (ens) quod/quae R dicitur *om.* B 584 quasi/quare B 590 essendi/existendi B assequentia *add.* ad B 592 scilicet quantum ... quod substantia *om.* B 593 Unde/ ideo B 595 Deus *om.* R 598 proprie *post* species B secundum quid *post* dictum est R est/fuit B 600 (paternitas) et *om.* R commune *add.* ut commune R 602 convenit *post* soli R 603 nisi uni *lect. inc.* B 605 ergo *om.* B specie/species T

581. Quaestio VIII (14). ed. Ypma pp. 220-222.

590. De Fide Orthodoxa PG 94, cap. IX, 835 A; ed. Buytaert p. 48.

598. voir l. 579 sqq.

species dicit universale, et ideo non oportet eis assignare genus.

Differunt autem specie propter aliam rationem relationis, sicut etiam proprium aliquod est ibi, non secundum quod universale, ut paternitas
610 est proprietas Patris soli Patri conveniens.

Et sic patet quid sit dicendum ad quaestionem.

1. Ad primum ergo dicendum quod in Deo est pars secundum quid, ut dictum est, et totum secundum quid.

615 2. Ad secundum dicendum quod ibi est totum universale modo quo dictum est, sine diversitate essendi, tamen, propter diversitatem modi essendi; similiter et ibi totum integrale. Et dicendum quod in divinis totum integrale non est maius quam pars, cum sit eadem res; tamen potest dici aliquo modo plus, propter pluralitatem modorum essendi, sicut et tres Personae sunt plus quam una, sed non maius, quia plus dicitur secundum
620 quantitatem discretam et numerum. Numerus autem est aliquis in divinis perfectionibus, licet secundum quid. Ideo est ibi plus secundum quid, sicut et numerus. Quod autem dicitur, quod non est ibi totum omnino quia nec compositio, dicendum quod compositio sequitur ad totum simpliciter, non
625 autem ad totum secundum quid.

3. Ad tertium dicendum quod infinitum quod repugnat perfectionem, de quo Philosophus loquitur III Physicorum, non est in Deo, quia tale infinitum, cuius est semper aliquid extra accipere. Infinitum autem quod Deo convenit, est extra quod nihil est. Unde et communiter dicitur quod
630 infinitum privative non dicitur de Deo, sed negative.

4. Ad quartum dicendum quod in Deo non est hoc et hoc secundum rem, sed secundum realem modum. Ideo non est ibi totum simpliciter, sed secundum quid.

608 autem *om.* R 609 etiam *post* aliquod P; et B secundum quod/sicut R 611 sit
corr. B1; *om.* B Et sic ... ad quaestionem *om.* R 613 ergo *om.* R in Deo est
 pars/pars est in Deo B quod/quid ut R secundum quid *om.* R; quid/quod P; quae T
 614 ut dictum est *om.* B et totum *ante* ut dictum est R 615 dicendum quod *om.* R
 616 modo quo dictum est *om.* R 616 (diversitate) essendi/esse T (modi) essendi *om.*
 B 617 Et dicendum quod in divinis/quod R 618 integrale/ibi R 622 perfectioni-
 bus/perfectionis B Ideo/et ideo B ibi/in B secundum quid, sicut *om.* B; sicut
corr. B1 623 Quod autem/tamen R 625 non autem ... secundum quid *om.* R 626
 dicendum quod *om.* R (infinitum) quod *corr.* R1; non R 627 non *add.* enim B
 tale *add.* est R 628 semper *post* extra B autem/etiam B; *om.* R 629 dicitur *om.* T
 631 dicendum quod *om.* R 632 realem modum/relationem B 634 dicendum *om.* T
 dicendum quod *om.* R

5. Ad quintum dicendum quod in Deo est pars, licet secundum quid,
635 ut dictum est; non autem est in eo maius, tamen est in eo plus.

In illa autem communi acceptione, ut accipitur communissime,
debet dici quod omne totum est maius vel plus sua parte. Sicut enim ens
potest accipi communiter vel est commune dictum ad creaturas, vel ut
extendit se etiam ad Deum, sic et haec communis conceptio; et secundum
640 quod est in creaturis, dicitur quod omne totum est maius sua parte; ut
autem extendit se ad Deum, sic dicitur quod est plus.

1. Ad primum eorum quae obieiebantur in contrarium, dicendum quod
totum accipitur vel per remotionem vel positive vel secundum quid. Res-
645 pondens autem intelligebat quod non dicitur simpliciter.

2. Ad secundum dicendum quod de ratione totius est habere partes,
quia de ratione totius est continere. Et quod dicitur quod totum non dis-
tinguitur a parte per habere partes, dicendum quod immo distinguitur, quia
totum habet partes, quia continet secundum quod huiusmodi. Licet enim
650 pars habeat partes, non tamen in quantum pars, sed in quantum aliquod
totum est quod dicitur de imperfecto, dicendum quod totum includit per-
fectum, sicut pars imperfectum. In quantum ergo totum includit perfectum,
sic distinguitur a parte per rationem imperfectionis quam pars includit, sed
in quantum totum distinguitur ab ea per contineri.

3. Ad tertium dicendum quod Trinitas uno modo est totum integrale,
alio modo non, sicut tres particulares homines. Si enim considerentur quod
ratione individui sunt, sic non faciunt totum integrale, nec sunt partes inte-
grales, sed magis subiectivae. Si autem considerentur ratione numeri ut
quia sunt tres, sic est ibi ratio totius integralis; et si est numerus simplici-
660 ter, est totum integrale simpliciter. In proposito Trinitas idem est quod tres;
in quantum ergo per se sunt, sic non sunt partes integrales, sed subiectivae.

635 ut dictum est *om.* R autem *om.* T est in eo *om.* R in eo/ibi R 636 (illa)
autem *om.* B acceptione/conceptione BT 638 commune *add.* tantum R dictum
om. BR (sua parte) sicut enim ens potest accipi communiter vel est commune dictum
ad creaturas *om.* T 639 etiam *om.* BT sic/sicut B communis *ante* et haec B
conceptio *corr.* R1; acceptio R 640 secundum quod/ut P (dicitur) quod *om.* R 641
(Deum) sic *om.* BR 643 obieiebantur/sunt R 646 dicendum quod *om.* R 647 Et
quod/tamen R 648 dicendum quod *om.* R immo *mss* ymo 649 (continet) secun-
dum quod/in quantum R 650 in quantum *add.* est BT 651 est *om.* R; *add.* dicen-
dum B 652 (includit) perfectum *om.* B sicut/sic T In quantum ... perfectum *corr.*
B1; *om.* B perfectum/imperfectum B1 655 dicendum quod Trinitas *om.* R est
ante uno modo B 656 tres *add.* partes B quod *add.* in R 658 subiectivae *lect.*
inc. R 659 quia/quod B (sic) est/enim T 660 simpliciter/similiter BT

Et si dicatur in Deo nihil subicitur, dicendum quod Damascenus in Logica sua dicit quod subiectum dupliciter dicitur.

Uno modo secundum existentiam, ut subiectum accidenti; sic non
665 est in Deo nisi secundum quid, ut res subicitur modo.

Alio modo secundum praedicationem, ut particulare universali; et hoc est in divinis. Si vero accipiat in eo quod tres, sic est ibi totum integrale, sed secundum quid, sicut et numerus est secundum quid.

4. Ad quartum patet responsio ex dictis. Sicut enim est ibi numerus,
670 sic et totum integrale. In divinis autem est numerus vere et proprie, tamen secundum quid, quare et totum. Quod autem numerus sit in Deo proprie, supra in quaestione de uno dictum fuit, quod scilicet unum et pluralitas, quae ad quantitatem pertinent, dicuntur in materialibus, et quomodo, et quod hoc non repugnat dictis philosophorum.

675 Si autem dicatur quod ibi est numerus simpliciter et non secundum quid, cum simpliciter possit dici tres et non solum cum additione, unde Johannes V "Tres sunt qui testimonium" et cetera, dicendum quod apud catholicos, qui sane hoc concipiunt, non est periculum simpliciter et absolute dici non; tamen forte non est dicendum simpliciter tres, sed tres quidem cum alia additione. Unde et Johannes addit "Pater, Verbum et Spiritus
680 Sanctus, et hi tres unum sunt".

5. Ad quintum dicendum quod de ratione totius in quantum includit perfectum est, nihil de-esse, sed in quantum totum est, habere partes et continere. Unde homo truncatus uno membro, cum habeat alias partes,
685 dicitur quidem totus ex hoc ipso quod habet aliquas partes quas continet.

662 Et *om.* R dicatur *add.* quod B in Deo *om.* T 663 sua *om.* T 664 acciden-
ti/accidentis R 665 subicitur *add.* alio B 666 particulare/particulariter T 667 (sic)
est *om.* T 669 patet ... ex dictis *om.* R est *om.* T 670 sic/ita R; ita est BT
integrale *om.* B 671 et *om.* T In divinis ... quare et totum *om.* BR Quod *om.* R
sit in Deo/est ibi R 672 (fuit) quod/quia B 673 quantitatem/unitatem B dicuntur
om. B 674 suprain quaestione ... dicta philosophorum/tamen secundum quid quare
totum R 675 autem *om.* R simpliciter *post* possit dici R 676 solum *post* additio-
ne R 677 Iohannes V/tres Iohannes T; Ioh. 3° BP; Ioh. 2° R testimonium *add.* dant
B 678 simpliciter et absolute/absolute et simpliciter R 679 sed tres/vel res B 680
quidem *add.* vel TP (Unde) et/etiam B 682 dicendum quod *om.* R 683 de-es-
se/deest T; dicere B totum *om.* B habere/habet R 684 Unde *add.* et T 685
(quidem) totus *add.* dicitur quidem totum B ipso *lect. inc.* B habet/habent BT
quas/quos T

662. Dialectica. PG 94,582 A; ed. Colligan p. 10.

672. Quaestio III (II,III); ed. Ypma 74 sqq.; cf. Quaestio IV; ed. Ypma 128 sqq.

677. I Joh. 4,7.

680. ibidem

Quia tamen non habet omnes quas natus est habere, dicitur totum diminutum, et a Philosopho dicitur colobon, in V Metaphysicae, ubi assignat quot requiruntur ad hoc quod aliquid dicatur colobon.

6. Ad sextum patet quid sit dicendum quod tres Personae, prout sunt
690 totum integrale, sunt plus quam una, licet non maius.

7. Ad septimum dicendum quod in Deo non sunt plures res, sed proprie accipitur res ut eam accipit Boetius. Sunt tamen plures modi reales qui possunt dici plures res, non absolute et simpliciter, sed plures res relativae, idest plures relationes reales, scilicet de modis absolutis.

695 Hi autem modi possunt comparari, vel ad invicem vel ad rem cuius sunt modi, scilicet ad rem quae est divina essentia; ab invicem differunt realiter, sicut diversi modi. Sed horum quidam sunt oppositi, et hi faciunt distinctionem personalem; hi autem sunt communes toti Trinitati.

Si autem comparentur ad divinam essentiam, sic differunt realiter,
700 sicut modus realis a re cuius est modus. Ex quo enim fundantur in una essentia, isti modi non possunt plus differre ab invicem quam ab essentia, scilicet quantum ad realitatem; tamen non habent oppositionem ad essentiam sicut ad invicem. Et ideo forte putantur minus differre ab essentia quam ab invicem. Sed alibi dictum est supra.

705 Sed tunc videndum, si relatio differt realiter ab essentia modo iam dicto, an faciat totum cum ea, dicendum quod non. Unde dicendum quod modi essendi in Deo, sive sint absoluti sive respectivi, non faciunt totum aliquod cum essentia, ita quod essentia sit una pars et modus alia pars, nec simpliciter nec secundum quid.

710 Sed ad invicem comparati dicuntur partes unius essentiae, quae habet omnes modos. Modi ergo absoluti dicuntur partes integrales, relativi autem non; cuius ratio est, quia modi relativi non dicunt perfectionem, sed solum comparisonem.

687 colobon *add.* et T; *add.* ut P 688 (dicatur) colobon *add.* et cetera T 689 patet ... dicendum quod *om.* R prout/ut BR; et T 690 maius/magis BT; *add.* et cetera B 691 dicendum quod *om.* R 692 eam *lect. inc.* T (tamen) plures *om.* BT 694 idest/vel R 696 scilicet/vel R 698 communes toti *corr.* B1; communos totius B 699 autem *om.* B 704 quam ab invicem/ab invicem quam *ante* ab essentia B Sed alibi ... est supra *om.* R 705 si/an R differt/differat R 706 dicto *add.* aut R quod non. Unde dicendum *om.* R 708 ita quod essentia *om.* BT (essentia) sit *om.* B pars/persona B 711 modi/in omni T unius essentiae ... dicuntur partes *om.* B 712 cuius ratio ... relativi non *om.* B perfectionem/perfectiones B

687. Vol. VIII 138^{vo} LM; ed. Bekker 1024^a; AL XXV 2, 112; XXV 3, 120.

704. Quaestio XIV; ed. Ypma, p. 202 sq.

Item, ratione modorum in quibus fundantur, quia illi non sunt partes integrales, ut dictum est, sed magis subiectivae.

8. Ad octavum dicendum quod potest concedi quod habet rationem totius secundum quid, secundum quod congregat in se omnia bona, et cetera.

Est autem sciendum quod propter illud quod dictum est in praecedenti argumento, quod uno modo potest dici quod essentia divina est sicut totum integrale, et omnia attributa sunt partes.

Item sciendum quod propter aliqua quae dicta sunt supra, quod non omnia attributa se habent sicut partes, sed illa quae dicunt determinatam rationem perfectionis alicuius, ut sapientia et iustitia et huiusmodi.

Illa vero quae dicunt modum essendi generalem, ut actus bonus et huiusmodi, magis dicuntur proprietates divinae naturae, et non partes.

Quod autem illa praedicta dicantur partes, est quia dicunt substantiam divinam secundum diversos modos perfectionum.

Unde potest dici quod modorum in divinis essendi, quidam sunt sicut partes, quidam sicut proprietates; et harum quaedam communes, quaedam personales.

Unde et universale quod est proprium, dicitur de Deo secundum has proprietates communes, quia praedicantur de tribus Personis; et sunt sicut proprietates consequentes species. Proprietates autem relativae, illae non sunt universales, sed individuales magis, modo supra dicto.

Modi illi, qui dicuntur partes, intelliguntur esse partes divinae essentiae. Sicut enim in creaturis materia et forma constituunt unum totum essentiale, sic hi modi essendi constituunt unam divinam essentiam, non sicut diversae res, sed sicut diversi modi. Licet enim in creaturis aliqui illorum modorum sint accidentia, in Deo tamen sunt ipsa essentia. Et ideo sunt ut partes essentiae, et non ut perfectiones advenientes, nisi secundum

714 fundantur/fundatur TB	715 subiectivae <i>add.</i> et cetera TP	716 dicendum quod
<i>om.</i> R	717 secundum quod/potest T; <i>lect. inc.</i> B; prout R	718 et cetera <i>om.</i> B
719 (sciendum) quod <i>om.</i> R	720 dici/concedi B	sicut <i>om.</i> B
722 quae dicta sunt/dicta R	724 rationem perfectionis/perfectionem B	(sapientia) et <i>om.</i> R
725 bonus/bonum RT	727 illa/ita R	est/etiam B
729 essendi <i>ante</i> in divinis R	730 (partes) quidam <i>add.</i> sunt R	733 Personis <i>om.</i> B
734 illae <i>om.</i> R	735 universales/reales B	736 (modi) illi <i>om.</i> R
esse B	741 (et non) ut/sicut R	dicuntur <i>add.</i>

715. voir l. 519 sqq.

719. voir l. 691 sqq.

722. voir l. 296 sqq.; l. 436 sqq.; l. 572 sqq.

735. voir l. 555 sq.

nostrum modum intelligendi, quod in divina essentia concipimus secundum modum creaturarum. Ideo secundum Damascenum dicuntur assequi substantiam. Sic ergo dicendum quod quidam modi in divinis sunt sicut partes
 745 integrales, quidam sicut partes subiectivae, quidam sicut propria species, quidam sicut propria individui; quod ex dictis colligi potest, qui sunt.

Sciendum etiam quod in creaturis proprietas individualis cum substantia facit totum, quod est subpositum; in divinis autem non. Unde in supposito divino non est alia ratio totalitatis praeter illam quae convenit ei
 750 ratione naturae.

In creaturis autem est in supposito ratio totalitatis praeter totalitatem naturae, quia suppositum constituitur ex natura et accidentibus quae faciunt unum totum.

755 Sic ergo in summa dicendum est ad quaestionem.

Et primo dicendum quot sunt de ratione totius, sicut supra.

Secundo dicendum quot sunt de ratione perfecti. Et sunt quatuor, scilicet pluralitas, unitas, integritas et privatio excessus, scilicet quod non excedatur ab alio vel simpliciter, si est perfectum simpliciter, vel in genere,
 760 si est perfectum in genere.

Et ulterius dicendum quomodo se habet totum ad perfectum.

Ad quod sciendum quod convenit cum eo in tribus primis conditionibus aliquo modo. Sed potest tamen assignari triplex differentia inter ipsa.

Prima differentia est secundum quartam conditionem, quae sumitur
 765 secundum rationem excessus. Nam excessus pertinet ad rationem perfecti negative, quia perfectum dicitur quod non exceditur. Ad rationem autem totius pertinet positive, quia totum dicitur quod excedit quia continet.

Secunda differentia sumitur penes tertiam conditionem, quae est integritas vel complexio, quia perfectum dicitur cui nihil de-est, sive illud
 770 sit illius cui dicitur non de-esse, sive non sit pars eius, sed finis et comple-

743 in divinis *ante* quidem modi R 745 (sicut) partes *om.* BT 751 praeter illam quae ... ratio totalitatis *om.* B 752 naturae *om.* B faciunt/manent T 756 quot/quod BP sicut supra *om.* R 757 dicendum *om.* R quot/quod B Et sunt *om.* R 758 unitas *ante* pluralitas B; *add.* et B 759 simpliciter/similiter T 760 in genere *add.* et cetera R1; si est perfectum in genere *om.* BR; *corr.* si est perfectum simpliciter R1 761 (ulterius) dicendum *om.* R 762 sciendum/dicendum B Ad quod ... quod/quia R 763 Sed *lect. inc.* R tamen *om.* R 764 (Prima) differentia *om.* BR 765 pertinet post perfecte R 766 exceditur/exsenditur R 767 quia/et B 768 differentia *om.* R sumitur/sumatur T penes/secundum R 770 eius/eiusdem R

743. De Fide Orthodoxa, PG 94, cap. IX, 835 A; ed. Buytaert p. 48.

756. voir l. 140 sqq.

mentum, sicut dictum fuit supra de materia.

Totum autem dicitur illud cui nihil de-est ut pars, quia totum semper dicitur respectu partis. Et ideo, quia integritas attenditur secundum partes, ideo de ratione totius dicitur esse integritas.

775 Complexio autem non solum dicitur secundum partes, sed etiam secundum perfectiones et fines. Ideo de ratione totius non est solum integritas, sed universaliter quaecumque complexio. Ideo signanter dictum fuit integritas vel complexio.

780 Tertia differentia est quia perfectum coinsinuat rationem causae. Unde dicitur aliquid perfectum, non solum secundum se, sed etiam in comparatione ad aliud; totum autem non insinuat rationem causae.

Ulterius sciendum quod tam totum quam perfectum ratione unitatis includit bonum.

785 Quod autem dicunt quod totum, perfectum et omne, omnino sunt idem secundum rationem, sed differunt solum secundum substantiam, quia totum dicitur in continuis, omne in discretis, perfectum autem in formis.

790 Sed dicendum quod, licet hoc sit verum secundum quamdam appropriationem, sicut de nomine causae et principii, quia causa appropriatur fini, principium efficienti, non tamen est simpliciter verum. Nam perfectum etiam dicitur in continuis, ut patet per Philosophum in capitulo de Perfecto. Similiter et omne dicitur in continuis, secundum eundem in capitulo de Toto. Sic etiam totum dicitur in discretis et in formis.

Tunc videndum est de modis totius; et prima divisio est in universale et integrale.

795 Et tunc assignandae sunt differentiae et convenientiae utriusque, quia universale dicitur secundum similitudinem ad integrale, quod est prop-

771 sicut/ut R (fuit) supra om. BR 772 dicitur post de-est P illud om. RP
 775 complexio/complecio R 776 fines add. et T 777 complexio/complecio R
 778 Ideo signanter ... vel complexio om. B 779 est om. R perfectum add. quod T
 781 causae/animae TR 782 Ulterius om. R 784 Quod autem/Quidam tamen R
 786 omne add. autem B 787 dicendum quod om. R hoc om. B 790 per om. R
 791 Similiter om. R omne add. etiam R secundum/per B in om. R 792
 etiam/ibi et B et add. etiam R formis add. et cetera T 793 Tunc videndum ... est
 in/modi totius sunt R 795 (Et) tunc om. R 796 integrale/intellegibile B

771. voir l. 140 sqq.

790. V Metaphys., Vol. VIII 129^{vo} M, 130 ABC; Bekker 1021^b; AL XXV 2, p. 105; XXV 3, p. 174.

791. V Metaphys., Vol. VIII 137^{vo} KL; Bekker 1023^b; AL XXV 2, p. 111; XXV 3, p. 119 sq.

rie totum. Ubi est similitudo, etiam est differentia, et cetera. Tunc subdividendum est utrumque totum.

Totum quidem integrale, uno modo dividitur secundum Proclum, scilicet ante partes, et cetera; alio modo dividitur in quantitativum, essentiali et potentiale.

Totum autem universale dividitur primo in universale ante rem, in re et post rem; et hoc est vere universale; et hoc dividitur in quinque universalialia, quorum sufficientiam quaere in Logica Algazelis.

Quarto videndum, an totum dicatur de Deo. Et dicendum quod totum, ut includit perfectum vel ut sumitur pro perfecto, dicitur proprie de Deo, sicut et perfectum proprie dicitur de Deo; quod patet per illa quatuor quae sunt de ratione perfecti.

Ideo est maxima pluralitas, item maxima unitas, item maxima complexio, item a nullo exceditur simpliciter, item quod perfectum importat rationem causae, maxime Deo convenit.

Sed videndum est, an totum secundum rationem totius dicatur proprie de Deo. Et dicendum secundum quosdam quod totum universaliter sumptum non dicit aliud quam perfectum, ideo dicitur de Deo proprie, sic communiter sumptum. Sed modi totius addunt imperfectionem, scilicet universale et integrale, ideo non dicuntur de Deo; quod ostendunt, et cetera.

Require et in Egidio.

Sed hoc non sufficit, quia utrumque patet; etiam totum communiter sumptum dicit respectum ad partes, ut patet per Philosophum, in V Metaphysicae.

797 et cetera om. R 799 dividitur *lect. inc.* B secundum om. B 800 et cetera om. B 801 potentiale *add.* et cetera T 802 autem om. R ante rem om. P 803 in re om. R 804 Logica *mss* Loyca quorum sufficientiam ... Algazelis om. R; *corr.* R1 Algazelis *add.* et cetera T; *add.* ut supra P 805 videndum om. R 807 sicut et ... de Deo om. B; proprie dicitur de Deo om. R 809 est om. R 810 complexio/complecio R exceditur/exercetur B; excedentia T simpliciter/similiter T; *add.* et cetera BT quod/ut R importat/importet BT; habet R 811 rationem/ratione BT 812 est om. R secundum rationem/ratione B 813 Et om. R quod/quia R; *post* sumptum B 814 ideo/non B proprie *add.* sumptum B; *ante* de Deo R sic/sicut B 816 et om. R quod ostendunt, et cetera om. R 817 Require et in Egidio *lect. inc.* BT 819 patet etiam/potest esse B Philosophum om. R; V Metaphysicae/in V P

804. Logica et Philosophia, ed. 1506 fol. a 4^{vo} (col. 3 & 4).

819. Commentarium in I Sententiarum Dist. XIX pars II, art. 1 & 2. ed. Aguilar pp. 388-391; cf. Dist. I pars II art. 2, p. 94; Dist. XXIV q. I art. 1, p. 456 sq.

820. V Metaphys. Vol. VIII 137^o KLM; Bekker 1021^b, 1023^b; AL XXV 2, 110 sq.; 111 sq.; XXV 3, 119; 119,120.

Ideo aliter est dicendum, quod totum dupliciter sumitur.

Uno modo secundum remotionem partium; et hoc modo proprie dicitur de Deo, ut dicitur bonum ex hoc ipso quod non habet partes, sicut punctus et sicut anima.

825 Alio modo similiter secundum potentiam partium; et hoc dupliciter, ut uno modo dicatur totum, non quia in se partes habet, sed quia coniunctum cum habenti partes; sic dicitur Deus esse totum in toto mundo, ut quia mundus habet partes et dicitur totum, Deus etiam qui est in singulis partibus dicitur totum.

830 Unde forte hoc modo intellexerunt quidam quod alia sunt plena diis, et quod sunt multi dii, quasi partes unius Dei; hoc forte dixit propter coexistentiam.

Alio modo dicatur totum secundum potentiam partium, ita quod sit habens partes secundum se; et tunc dicendum quod simpliciter loquendo
835 totum non dicitur de Deo proprie, quia pars non dicitur proprie de ipso. Ubicumque enim est diversitas partium simpliciter est diversitas rerum, quod patet de partibus integralibus, similiter de subiectivis. Ideo secundum Proclum nec totum nec universale dicitur de Deo, et cetera, ut supra. Sed in Deo non est diversitas rerum, et cetera.

840 Cum autem dicitur quod in Deo non est totum simpliciter loquendo, intelligendum est de toto integrali ex partibus vel in parte, nam totum ante partes convenit Deo. Similiter intelligendum de toto universali, quod est in re et post rem, nam universale ante rem et secundum causalitatem convenit Deo; secundum quid autem totum ex partibus et universale in re convenit
845 Deo proprie.

Ad cuius declarationem sciendum quod hoc dicitur non propter diversitatem rerum sed modorum, quia in Deo sunt diversi modi essendi, quorum quidam sunt quasi partes integrales secundum quid, sicut est in eis multitudo secundum quid; quidam autem sunt quasi partes subiectivae.

850 Ad quod videndum distinguendum est de modis essendi in Deo, et

821 ideo/ubi BT aliter est *om.* R 822 hoc modo/sic R 824 (et) sicut *om.* R
827 sic/sicut B 830 forte *post* modo T alia/omnia R 831 hoc *om.* B dixit/
dicit B 833 dicatur/sumitur R partium/pertinet T 835 totum *ante* simpliciter
proprie *ante* de Deo B 837 quod *om.* R integralibus *add.* et B similiter de *om.*
R; *add.* partibus B (similiter) de *om.* P subiectivis *add.* et B 838 (de Deo) et
cetera *om.* B ut supra *om.* R 839 rerum *lect. inc.* B et cetera *om.* R 842
Similiter/simpliciter B 843 ante rem et *om.* R 848 quasi *om.* B 849 autem *om.* B
quasi/sicut BT 850 distinguendum est *om.* B

838. De Providentia I q. 1,5; ed. Boese p. 8; I q.3,10; ed. Boese p. 18.

838. voir l. 555 sqq.

cetera, sicut in fine quaestionis post argumenta dictum est, et cetera.

Et tunc ulterius videndum quomodo totum integrale invenitur in Deo secundum omnes suos modos, scilicet quantitativum secundum quantitatem discretam et secundum quantitatem virtutis, ut in Deo dicitur magnus
855 dominus, quae est perfectio naturae, quae integratur ex diversis rationibus perfectionum.

Item, totum essenziale simili modo.

Item, totum potentiale propter diversas potentias, vel ideae faciunt totum potentiale. Unde forte sic etiam intellexerunt aliqui multitudinem
860 deorum, propter multitudinem mutabilium in Deo; quas sequuntur diversi effectus. Unde unicuique rei assignabant suum deum; de quo Augustinus dicit De Civitate Dei, et cetera.

Similiter videndum, an totum universale dicatur secundum omnes modos, scilicet quinque universalia, de Deo. Et dicendum sicut supra de
865 primo, dicendum quod aliquod proprium est in Deo sicut universale vel proprietates communes tribus Personis. Personis aliquod est proprium non universale, ut proprietates relativae quae sunt sicut individuales, et cetera.

Eindhoven

Eelcko YPMA, O.S.A.

851 (essendi in Deo) et cetera, sicut in fine quaestionis post argumenta dictum est, et cetera *om.* BR 852 ulterius videndum/dicendum R 854 (ut) in Deo *om.* R 855 magnus Dominus/magnitudo B; *lect. inc.* T (naturae) quae/etiam R integratur *post* rationibus P 858 propter/secundum B 859 totum *om.* P forte *om.* R etiam *om.* B aliqui *om.* R 860 in Deo/ideo B sequuntur/consequuntur B 861 effectus *om.* B 862 De *om.* B de quo ... Civitate Dei *om.* R: de quo tractat Augustinus De Civitate Dei *corr.* R1; *om.* R et cetera *om.* BR 863 videndum/dicendum B 864 Et dicendum sicut supra *om.* R 865 primo *add.* et B 866 communes/commune B (Personis) Personis *om.* BR non *om.* B 867 ut/et B relativae *om.* B sicut/sic ante sunt B et cetera *add.* et cetera T

851. voir l. 507 sqq.; l. 719 sqq.

861. XII, 25; PL 41,373,374; CCL 48,381.

864. voir l. 488 sqq.